Covarruv. tom. 1. de matrimo. part. 2. cap. 7. §. 4. num. 13. & seqq. Menoch. lib. 2. arb. Jud. cas. 455. num. 4. & lib. 2. præf. cap. 10. numer. 37. & seqq. Panorm. in d. c. ex publico num. 13. & seqq. ext. de convers. conjugat. Et in terminis Oldradus Laudensis inter cons. matrimo. Tom. 1. cons. 1. deducit, matrimonium nondum consummatum, per dispensationem dissolvi posse. ubi num. 9. addit: Non obstat, quod dicitur matrimonium esse individuum conjunctionem, quia secundum quid, ut dicit gl. id debet intelligi, quod ejus propositi debent esse contrahentes à principio contractus, ut invicem perpetuò manere debeant; non autem innuitur, quod aliquo casu non possint ab invicem divertere. Consentit aliorum multorum, auctoritate nisus, etiam Kizelius, in Synops. matrim. c. 14. Theor. 1. lit. a & c. in hac verba scribens. Solo consensu de præsentis contractum, seu initiatum matrimonium, quo ad significationem, plenum & perfectum non censetur, nec ante consummationem suam, Sacramentum, seu desponsationem inter Christum & Ecclesiam designat; sed magis appellatione sponsalium de præ-

sen



fenti venit, & facilius etiam, quam matrimonium consummatum dissolvi potest; Et paulò post: Matrimonium, & omnibus numeris perfectum & absolutum sit, omnesq; veri & completi matrimonij effectus producat, ad constitutionem ejus non consensus solum, sed etiam consummatio requiritur.

Wann nun auß bißhero nach der Länge deducirtem erscheinet/das gegenwertige Ehe-Beredung nicht  
 ” pro rato, veroq; matrimonio, & sponsalibus de  
 ” præsentis zu halten / auch da schon solches gesagt  
 ” werden möchte / dennoch unter den sponsalibus de  
 ” præsentis vulgo dictis, & vero, rato, in facie  
 ” Ecclesiæ confirmato, simulq; consummato ma-  
 ” trimonio ein mercklich grosser Unterscheid. In  
 ” dem nemlich dieses nimmermehr nisi interveni-  
 ” ente adulterio, separiret oder gescheiden / jene a-  
 ” ber varias ob causas, ex Judicis arbitrio dirimirt,  
 ” solvirt und bengeleget werden können.

Nun aber in diesem Fall/bey der Jungfrau Be-  
 klagtinnen alle affection, gegen den Klägern gefallen  
 und gänzlich erloschen/als daß sie für ihr höchstes Un-  
 glück und Creuß / so ihr auff dieser Welt immer begeg-  
 nen möchte/halten und erachten thut / da sie dem Klä-

F

ger



ger bengelegt und ihr Leben mit selbigen zubringen o-  
 der beschli. ssen müste /gestaltsam Sie in ihren defen-  
 sionalibus Augencheinlich wahr seyn sezet thut / daß  
 Sie beklagte Jungfrau dieser Sach wegen also un-  
 " mütig / daß Sie gleichsam wie der Schatten an der  
 " Wand anzusehen / und unzweiffelig zubefahren /  
 " daß sie in entstehender liberation von solcher un-  
 " glücklichen Verlöbniß ihr junges Leben auß höch-  
 " ster Bekümmerniß elendiglich enden müste.

Also unnd zum Andern soll billich hierumb  
 & propter hunc defectum affectionis, inimiciti-  
 asq; quæ meritò capitales dici possunt, diese Ehe-  
 Beredung cassiret und bengelegt werden. Argu-  
 mentum namq; , à prohibitâ simplici coactione,  
 ad sponsaliorum consummationem [ apud illas e-  
 tiam personas, quæ causam dissolutionis sponsa-  
 liorum non adeo prægnantem habent, sed dun-  
 taxat promissa ratificare, obstinatè recusant, quia  
 ipsas datæ fidei pœnitet, omnisq; affectio matri-  
 monialis cessat ] haud incongruè ducitur: Sanè  
 cùm nonnullis Theologis, & praxi etiam Wur-  
 tembergici Consistorij, hæc tria libenter damus:  
 (1) Quod qui sic absq; sufficiente causâ à promif-  
 sione matrimonij, & pactis sponsalibus discedit,  
 planè



planè non debeat impunè ferre hanc temeritatem, sed iusta poenâ coërceri. (2) Quod monitione, minis, mulctâ & carcere à Magistratu compelli possit, ut fidem matrimonij datam servet: Id quod observari in Consistorio nostro Würtembergico jam supra ex Dn. Bidembachio in tr. de causa matrimonial. pagina 26. 27. relatum fuit. (3) Quod rigor ille per simplicem coactionem, quæ fit per excommunicationem Ecclesiasticam, vel relegationem civilem, in quibusdam casibus, pro ratione circumstantiarum, ut si sponsalia sint jurata, si copula intervenerit &c. observari possit, sed quod in communi hæc coactio fieri possit aut debeat negamus; Et id quidem ex Canonum Jure [quod in causis matrimonialibus adhuc ubiq; ferè & regulariter, nisi adsint contrariâ statuta, vel ordinationes, observatur:] Jus autem Canonicum in c. requisivit. 17. extr. de sponsal. ita habet: Mulier quædam, Juris Jurandi religione neglectâ, nubere illi renuit, cui se nupturam interposito Juramento firmaverat: & respondit Luc. Pontif. quod cum libera debeant esse matrimonia, monenda sit potius mulier quàm cogen-



da, cum coactiones, difficiles exitus frequenter habere soleant. Ex quo Capitulo Canonistæ colligunt; si Judex animadvertat, Sponsum vel Sponsam ita obstinatam esse, ut liberè consentire nullo pacto connubio velit, quod monitione potius uti debeat, quàm ex actissima coactione, ex qua  
 ” consensus secutus, nec liber esset, pro ut in ma-  
 ” trimonio requiritur, nec verus consensus dici  
 ” posset. Ad evitandum igitur majus malum,  
 ” tolerandam potius violationem datæ fidei,  
 ” quàm coactionem matrimonij. Ubi enim non est mutuus amor conjugum, ibi discordia fauciat mentes, impedit invocationem Dei, turbat totam domesticam consuetudinem, & parit multa peccata, & interdum cum voluntates distractæ sunt, sequuntur adulteria & poenæ tragicæ, & tristissimæ calamitates, & familiæ non fiunt Ecclesia Dei, ut esse debent sed diabolorum lustra & multi miseri homines in illis calamitatibus ruunt in indignationem adversus Deum, in desperationem & æternum exitium. Schneidevvin. instit. Titul. de nupt. part 2. de requisit. in nupt. licitis num. 17. At pariter in illa quæstione; utrum cogendus sit  
 per



per Judicem sponsalium fidem servare, qui citra legitimam causam ea implere recusat? Eam sententiam Thom. Sanchez. lib. 1. disp. 29. multò probabiliorem esse ait, quæ docet prius monendum esse recusantem, & si renuat, per censuram cogi debere, nisi attentis circumstantijs, prudenter arbitretur Judex, ex invitis nuptijs, gravia mala & scandala timeri, ut perpetuas dissensiones, Jurgia inter conjuges, virum relicta uxore discessurum: & hoc esse ait: quod in d. c. ex litteris 10. in fine de sponsal. dicitur, cogendum esse, nisi rationabilis causa obstiterit: & ita intelligit. d. c. requisivit eod. Tit. ibi non esse cogendum: nempe quando rationabilis causa obstiterit, & constat ex ratione, quam textus subjungit, ibi cum coactiones difficiles soleant exitus habere. Certè prudentes legum latores ac Judices, æquum semper censuerunt, ad evitandum malum majus, tolerandum esse aliquod minus. Atqui ex matrimonijs illis coactis longe majora mala oriri possunt, quam si ratione circumstantiarum habitâ sponsalia interdum dissolvantur, utpote rixæ perpetuæ, capitales inimicitia, veneficia,



cia, cædes, scandala publica, eademq; perpetua. Sanchez, d. loc. num. 4. ubi alios complures in eum sensum decidentis laudat. Si itaq; ejusmodi personæ, quæ quidem nullam sufficientem in Jure expressam causam allegare possunt, in sua tamen conscientia putent, se non posse cum aliquo cohabitare, sicque sufficientes se habere rationes, apud se tantummodo arbitrentur, cur promissionem per sponsalia pura legitimè factam servari nolint, nihilominus à Magistratu ad matrimonij promissi ratificationem & consummationem simpliciter & absolutè cogi non possunt aut debent; oppido probabiliter sequitur, quod multo minus talis persona, quæ sufficientes & ex boni viri arbitratu gravissimas causas habet, cur matrimonij promissionem purè factam, & ab initio ratam adimplere recuset, cogi possit aut debeat ad sponsaliorum alioquin legitimè factorum, consummationem & ratificationem per subsequens matrimonium; & quod consequenter, in hoc casu, instanter id postulante parte innocente, Judex & possit & debeat sponsalia alioquin legitimè facta, rescindere & dissolvere.

Hinc



Hinc omnes Juris utriusq; Dd. communi assensu dicunt: ob graves & capitales inimicitias inter spōsos ortos, dirimi etiam firmissimè contracta sponsalia posse, ob rationem cap. 2. & d. c. requisivit 17. de sponsal. ne scilicet matrimonium infelices exitus habeat. Item, quia est nova causa & notabilis mutatio superveniens. Hostiens. in summ. Tit. de sponsal. §. ultimo. Sanchez. de matrimo. lib. 1. disput. 58. Et certè quæ causæ justæ censeantur, quibus permissum est poenitere, & à sponsalibus recedere, Judicis arbitrio relinqui debent. Abb. in d. c. requisivit 17. num. 4. extr. d. sponsal. Sed & Rota Roman. in decis. 497. num. 2. in 1. parte edit. ult. admonet: Justam videri causam, si sponsus odio capitali persequitur sponsam, vel è converso; ita ut timor sit, ex nuptijs futuris oriri posse, vel homicidium, vel adulterium, vel litem, & contentionem inter parentes. Quam quidem causam probavit etiam Foelin in conf. 26. num. 20, & 21. qui fortius respondit, Pontificem maximum justis his de causis posse dissolvere matrimonium contractum per verba de præfenti; modo secuta non sit copu-  
la



l carnalis. Et Foelinum, Abbatemq; secutus est. Menochius in conf. 69. num. 44, & num. 66. Ac item Rota in d. decis. 497. indicavit, hanc solam non fuisse justam causam recusandi contrahere matrimonium, quando solus Sponsus, qui jam cognoverat carnaliter Sponsam, & Jure Jur. promiserat eam ducere in uxorem, allegabat inimicitiarum causam. Eadem de re videatur Covarruv. Tom. 1. de matrimo. part. 1. cap. 4. Schrader. ad Tit. inst. de nupt. part. 1. num. 88. & Cypræus in tract. de Jur. connubior. part. 1. cap. 12. §. 5. & seqq. Confirmatur præterea hæc sententia à permissione divinâ divortij in conjugio consummato. Nuptiarum vinculum arctius esse, quàm sponsaliorum, nemo est, qui dubitare possit. Atqui Deus propter Judæorum *σκληροκαρδιαν* etiam in matrimonijs sive nuptijs ratis, & consummatis, divortium permisit in V. T. Sic enim habent verba Deut. cap. 24. vers. 1, 2, 3. Si acceperit homo uxorem, & habuerit eam, & non invenerit gratiam ante oculos ejus, propter aliquam foeditatem; scribit libellum repudij, & dabit in manum illius & dimittet eam de domo suâ. Repe-  
tit



tit hæc Christus Matth. 19. vers. 8. Et quod ἐπιτροπή  
 seu permissio divina fuerit, expressè addit. Hincq;  
 arguere licet: Si Deus in U. T. propter Judaicam  
 σκληροκαρδίαν permisit etiam in ratis & consu-  
 matis matrimoniis, divortia: quid ni & in N. T.  
 sponsaliorum dissolutio, sive repudium duntaxat,  
 propter graves causas intervenientes [quales in  
 hoc nostro casu plures occurrunt] Magistratus au-  
 thoritate interdum fieri possit? & nec abnuat D.  
 Luther. in libr. de caus. matrimonial.

Zum Dritten/seyndt diß Orts solche wichtige  
 Uhrsachen enthalten/und hin und wieder in den Actis  
 angedeutet/ auch mit denen ex parte der Jungfraw  
 beklagtin geführten Zeugen zu völliger gnüge erwie-  
 sen/darumb Sie Jungfraw beklagtin zu Vollziehung  
 solcher Ehe-Verlöbniß sich billich nicht verstehen wil/  
 und welche Uhrsachen an Ihme selbst also bewandt/  
 ut à quolibet gravi viro, ohne Zweifel für gnung-  
 sähm zu achten auch kein ehrlicher Mann zu finden  
 seyn wird/welcher nicht deßhalben sein Kind einem sol-  
 chen verwägern/oder nicht für ein mercklich Unglück  
 halten thäte / wenn Ihme ein Tochter einen solchen  
 freyen/und sich davon nicht abhalten lassen wolte.

Einmahl ist es gewiß/ daß des Klägers quali-

G

täten



täten, tempore contractorum sponsaliorum, un-  
 zweifelich also bewandt und beschaffen gewest / daß  
 wo die Jungfrau beklagtin / dero Fr. Mutter / die wol  
 angesehene Freundschaft / Ihr und Ihre Frau Mut-  
 ter vorgesezte Hochweise Bögdts oder Benstandt sol-  
 ches gewußt / sie zu derogleicher Ehe: Verlöbniß nim-  
 mer geholffen; Ja wann schon die Jungfrau beklag-  
 tin eines solchen inständigst begehret / und Ihme die E-  
 he mit hohen betheuren verlobt / sie doch nichts desto  
 weniger anchoris & remis [quod ajunt] sich darwi-  
 der gesezet / und mit allen Rechtlichen Mitteln befug-  
 samer weise dissolutionem talium sponsaliorum  
 begehret und erhalten hätten. Ita ut planè in ijs ter-  
 minis versetur de quibus communis Juris Con-  
 sultorum regula est: *quoties post sponsalia  
 contracta inconueniens aliquod notabile,  
 aut nova causa talisq; accidit casus, qui  
 si tempore sponsaliorum adfuisset, Spon-  
 sus vel Sponsa in matrimonium num-  
 quam consensisset; tunc Iudicem ad di-  
 rimenda sponsalia propensioem esse de-  
 bere: Ita tamen, ut omnes circumstantiæ  
 prudenter & diligenter expendantur,*  
 neq;



*neq; ob quaslibet causas sponsalia statim solvantur, sed modis ac vijs omnibus reconciliatio prius tentetur.* Quæ regula aptissimè ad nostrum præsentem statum quadrat. Et sunt sanè circumstantiæ & causæ dissolventes ita comparatæ, ut reconciliatio aut difficulter, aut nullo modo locum habere possit. Manet proinde immotum, quod hæc sponsalia de quibus quæritur, à Judice propter tales causas, præeunte legitima causæ cognitione dissolvi optimè & bonâ cum conscientia possint, quodque ad instantem postulationem partis innocentis rescindi omnino publica autoritate debeant. Ratio verò supra dictæ Regulæ est: quia promissio non obligat ultra promittentis intentionem. Sed intentio virtualis est promittentium, non se obligare in hoc casu indissolubiliter: Ergo est justa dissolvendi causa. Et confirmatur: quia rebus notabiliter mutatis, promissio non obligat. cap. quemadmodum 25. de Jure Jur. In hoc autem eventu notabilis mutatio supervenit. Quod si objicias, hanc non esse liberalem promissionem sed contractum: ad rescindendos autem cæteros con-



tractus, hæc causa non sufficit. Fatemur equidem hæc; verum diversa ratio, in sponsalibus est. Majorem enim libertatem petunt; Cum ad mutuum amorem ordinentur, & ad contrahendum vinculum matrimonij consummati, omnino indissolubile; Quod in cæteris contractibus minimè contingit. Hanc item regulam tradunt Hostiens. in sum Tit. de Jure Jur. num. 3. Petr. de solo lect. 18. de matrim. lib. 1. disp. 62. & seq. per discursum, &c.

Die angeführte Uhrsachen und dabey sich befindende Umstände odij irreconciliabilis seynd unsers unzweiffelichen Ermessens solcher erheblichkeit/ ut si non faciat hunc matrimonialem contractum, ipso Jure nullum, saltem ob eas, à Judice Ecclesiastico ordinario, dispensatio impetrari possit, per tradita Sanchez. lib. 1. de matrim. disp. 69. & lib. 2. disp. 16. Gestaltsam dann in den Actis solche præjudicia glaubhafft angezogen/ da in terminis multo fortioribus, & nempe post matrimonium jam consummatum, dispensirt, und fast gleichmässiger Uhrsachen wegen ein Ehe-Scheidung und anderwertige Berehligung selbst zu s. gestattet/ wie wir




wir auch nominatim solch: Fälle anzuzeigen wissen/  
daben dem Höchloblichen Wol Ehrwürdigen Con-  
sistorio Ecclesiastico, des Herzogthums Württem-  
berg/post publica, pura, inconditionata & de  
praesenti contracta sponsalia, auch wol nach dem  
bereits öffentliche Aufruffung von der Kanzel vor-  
gegangen wegen mercklichen Widerwillens/Betrug/  
unversöhnliche Feindschafft und dergleichen Sachen  
halber/derowegen man keine friedliche Ehe / sondern  
vielmehr allerhand Zwietracht/Widerwillen/publi-  
ca scandala, und dergleichen besorget/völlige Schei-  
dung vorgegangen/& utrique parti ein freye Hand/  
sich nach Belieben wiederumb zubestatten/gelassen  
worden. 2c.

Welche annullatio, cassatio, dispensatio, re-  
stitutio, oder wie solches remedium sonst genen-  
net / und von dem Hochweisen Herrn Richter zum  
dienlichsten angesehen werden möchte/nicht allein von  
der Jungfrau beklagtin mit desto besseren Gewissen  
und Fugen / sondern zumahl von erst-wolbesag-  
tem Herrn Richter/auch derohalben ohne einige diffi-  
cultät gestattet werden kan/soll und muß weil hin un-  
wieder auß den Actis, testiumque depositionibus  
zu vermercken/das die Jungfrau beklagtin zu Ihme



Klägern niemahlen keine sondere rechte Eheliche affection gehabt / auch allein in ihrer zarten Jugend un̄ da sie vix viripotens gewest / durch Ihre Mutter mit allerhand persuasionibus, metuque reverentiali, zudem Ja = Wort gebracht worden / deßwegen Thro / als einem jungen Weibes = Bild desto mehr zu succurriren, hicque contractus sponsalitiis zu dirimiren, auch sie Jungfrau beflagtin / bey so gestalten Sachen und dero gar schweren hochbedencklichen Umständen zu würcklicher Ehe = Bestatung in keinen Weg zu arctiren oder zu zwingen ist.



## RESPONSIONES AD DUBITANDI RATIONES.

**D** Elchem allem / was von uns bißhero decidirt und außgeführt worden / soll mit nichten einige Hinderung bringen / was hie oben zu Eingang / loco dubitandi rationum erwehnet worden. Dann neben deme selbiges sämtlich



lich bereits in rationibus decidendi enerviret, be-  
 geleet und wiedertrieben ist: Auch erstlich dieses/  
 quod dictum fuit, promissionem matrimonialem  
 omninò adimplendam & promittentem medijs  
 pœnalibus, ad id adigendum esse Magistratus au-  
 thoritate in keiner Obacht zu haben / und hie oben  
 in decidendi ratione secundâ dergestalt limitiret  
 worden / ut locum obtineat omninò nullum, si vel  
 sufficientes ab alterutrâ parte adferantur causæ  
 dissensus & recusationis, vel etiam majus exindè  
 malum suboriturum metuatur. Quod namque  
 dici solet, consensu matrimoniali de præsentis in-  
 terveniente, seu nuptijs sine Juramento etiam  
 antegressis superiorum autoritate ad easdem  
 consummandas, quoad ejus fieri potest, compelli  
 debere contrahentes; Et matrimonium rectè  
 initum dissolvere, nec in conjugum, nec in Ma-  
 gistratus potestate positum esse: id tum demum  
 verum est, nisi forte justa causa dirimendorum  
 istorum sponsalium de præsentis exstiterit, aut in-  
 ter Sponsum & Sponsam tantæ exarserint inimi-  
 citiæ, ut alter alterius conspectum prorsus exhor-  
 rescat, vel alteruter tam obstinatè repugnet, ut  
 nul-



nullis persuasionibus, minis vel pœnis etiam, ad consummationem matrimonij permoveri possit. Tunc enim Judex ad evitandos difficiliore exitus, istius talis coacti matrimonij, & præcavendi scandali ergò, ad dissolutionem istiusmodi sponsalium, pervenire potest arg. d. c. requisivit 17. & ibi Panorm. ext. de Sponsal. Covarruv. Tom. 1. de matrimon. p. 1. c. 4. in princip. num 5. & 6. Schrader. ad d. Tit. inst de nupt. pagin. 1. num. 88. Cypræus de Jure Connubior. pag. 1. c. 12. §. 5. num. 3.

Ingleichen kan selbiges/so bey der andern dubitandi ratione erwehnet: Nos nimirum hic in casu sponsaliorum de præsentis versari, quæ pro vero matrimonio habeantur: Also können die von der Jungfrau beklagtin eingewendete Ursachen ihres dissensus, utpote non sufficientes ad matrimonium jam solennisatum & consummatum dirimendum, ebenmässig dieses Orts ihr intent in keinem wege behaupten. Dann hierauff nicht allein passim in decidendi rationibus mit Bestandt geantwortet/daß nemlich diese sponsalia nicht de præsentis zu nennen. Licet quippe in actibus, qui pendent



dent à merâ voluntate & dispositione loquen-  
tis, in dubio verba pro præsentibus accipiantur,  
& pro matrimonio interpretatio fiat, arg. c. tua  
nos 26. ext. desponsal. c. licet 2. ext. de testibus  
c. fin. ext. de re Judic. c. continebantur 8. ext. de  
desponsat. in pub. c. quemadmodum & ibi Pa-  
norm. ext. de Jure Jur. Et alias etiam contra am-  
biguè loquentem, interpretatio fieri debeat l. ve-  
teribus 39. ff. de pact. Menoch. libr. 3. præf 3.  
num. 9. Paul. Cypræus de jure connub. d. p. 1.  
cap. 4. §. 14. numer. 3. Wesenb. in parat. ff. de  
sponsal. num. 3. Beust. in Tract. de Jure con-  
nubior p. 1. c. 9. Attamen dissentiunt multi, &  
inter alios Schrader. ad d. Tit. inst. de nupt. num.  
29. Corn. cons. 91. lib. 3. & Alb. Gentil. lib. 2. de  
nupt. cap. 9. qui propter oneris gravitatem, quæ  
in matrimonio non voluntario seu necessario ver-  
fatur, statuunt: in dubio si verba æquè conveni-  
ant sponsalibus de præsentibus & de futuro, sponsa-  
lia de futuro contracta præsumi: quorum opinio  
etiam Juri magis congrua videtur. Quamvis e-  
nim omnis promissio in dubio censetur pura,  
ab eoq; incipiat tempore, quo fit l. eum qui 41.

H

§. 1.



§. 1. ff. de V. O. hoc tamen locum non habet, in conventionibus ijs, ubi regulariter conditionata, vel in futurum directa promissio præcedere solet. Cum ergò fingi non possit, ut matrimonium contrahatur, si prius de eo contrahendo non sit conventum: Sanè id, quod natura præcedit, & plerumq; fit, potius factum, quam omissum fuisse, præsumi debet. Nec nos movet, quod dissentientes dicunt: regulariter contra eum, qui legem contractus apertius dicere potuit, interpretationem esse faciendam d. l. veteribus 39. ff. de pact. Nam exindè sequi non videtur contra eum præsumendum, qui tantum sponsalia esse facta allegat; Siquidem is Juris gradus se observasse, dicit. Itaq; præsumptio contra eum propendet, qui illum gradum neglectum fuisse asseverat. Et indè Beustius d. Tract. part. 1. cap. 9. rectè hoc arbitrio Judicis discreti prudentisq; relinquit, qui æstimet ex circumstantijs rerum & personarum, quid inter contrahentes verisimiliter fuerit actum. Quod nec displicet Sanchez. lib. 1. disp. 18. Et certè à veteribus non temerè institutum, omnibusq; gentibus rationali Jure uten-

ten-



tentibus, receptum fuit: ut à sponsalibus ad nup-  
 tias progressus fieret: & ut duobus hisce actibus  
 vel gradibus, consummationi matrimonij absolvere-  
 tur. Potissimum autem hæc causa esse videtur: quod  
 cum ad conservationem generis humani institu-  
 tum sit matrimonium, & tam conjugum, quam  
 eorum, quorum in potestate sunt conjuges, con-  
 sensum requirat, necesse fuerit, actum aliquem,  
 seu contractum præmittere, quo ante conjunctio-  
 nem, voluntas tam parentum, quam conjugum,  
 & promissio disertis verbis exprimeretur. Cui  
 peculiare etiam nomen, propter excellentiam,  
 tribuere placuit vetustati: cum in reliquis contra-  
 ctibus consensus præcedens, & constituens con-  
 tractum, appellatione peculiari non notetur. In-  
 super ad obligationem tanti momenti, summam  
 cum deliberatione & electione, quæ fit recta cum  
 ratione, accedendum est. Gemina enim est &  
 anceps in connubio via: quarum altera ad mise-  
 riam ducit, altera ad felicitatem. Itaque prius-  
 quam te in viam des, non minus sollicitè delibe-  
 randum est, quam Herculem fecisse, ajunt, dua-  
 bus vijs propositis; quarum altera ad virtutem du-  
 ceret, altera ad voluptatem.

H2

In



Ingleichen und ex abundantia gesetzt/ daß auch diese sponsalia de presenti genand werden möchten/ so ist jedoch bereits hieoben angeregt worden/ quod inter sponsalia de presenti, & verum consummatumque matrimonium in quæstionibus repudij & divortij, ein mercklich grosser Unterscheid von recht unnd Gewohnheit wegen zu machen sene. Videtur quidem discrimen quoddam intercedere inter sponsalia populi Jsraëlitici, ac nostris moribus contracta. Illis enim deductio in domum erat conjuncta: Si quidem post contracta sponsalia Sponsa tradebatur Sponso in custodiam, ut qui omnium optimè sponsæ pudicitiam ac virginitatem asservare posset, ut Chryf. Tom. 4. in c. 1. Matth. assertat: id quod nostris moribus non ita receptum, sed nihilominus inter sponsalia & nuptias in populo Jsraëlitico differentia mansit. Neque enim Sponsa in domum deducta, ut esset uxor, sed ut esset Spōsa, ac suo demum tempore fieret uxor. Ideò dicimus: Sponsam vocari in sacris literis, uxorem, non quod inter Sponsam & uxorem, & consequenter inter sponsalia & nuptias, hoc est, inter matrimonium inchoatum & consummatum, nulla fit differentia: sed quia est uxor  
spe-



sperata, pacta, promissa & futura. Tertullian. lib. de velam virg. c. 6. pagin. 191. Desponsata quodammodo est nupta: Attamen inter quodammodo & verum satis interest. Neque enim in scripturis planè est insolens, denominationem rei à futuro eventu peti. Sic Adam conjugem suam vocat Evam, eo quod futura esset mater omnium viventium Gen. 3. 20. Lea Jacobi conjug, filium suum vocat Levi; quia sperabat maritum sibi ob trium filiorum pactum arctiori amore copulatum iri. Gen 29, 34. filiumq; ancillæ Zelphæ vocat Aser, quia ab omnibus mulieribus ob πολυλευνίαν se se benedicendam sperabat Genes. 30, 13. Christus Jacobum & Johannem, Boanerges filios tonitruui vocat Marc. 3, 19. quia in ministerio suo tales quondam futuri erant. Ipsum matrimonij nomen à sperato eventu est petitum, quia sc. mater exspectatur, cum qua conjugij Jura contrahuntur. Sicq; etiam Sponsa pro uxore, Sponsus pro marito censetur, propter promissionem factam, & spem futuri conjugij. Hinc B. Gregorius ait in c. qui desponsatam 19. caus. 27. quæst. 2. divinæ legis mos est, Sponfas

H 3

appel-



appellare conjuges, non quod jam sint uxores, sed quod à parentibus uxores fieri debeant; Sponsæ nempè appellantur conjuges, consuetudine scripturæ, spe futurorum non effectu præsentium &c. Hinc Augustinus ait: Angelus Mariam conjugem nominavit, quia futura erat uxor. Hinc & Beda super Levit. Sponsam Moses dixit uxorem, non quæ tunc erat, sed quæ futura erat uxor: Sponsa à prima fide desponsationis conjux appellatur, non quod in ipsa desponsatione fiat conjux, sed quia ex fide, quam ex desponsatione sibi invicem debent, postea conjuges efficiuntur. Accuratè igitur, & propriè loquendo, nomine matrimonij venit non initium, & promissio matrimonij in sponsalibus facta, sive matrimonium inchoatum, sed consummatum benedictione traditione & deductione in domum mariti, unde etiam dictum Christi Matth. 19. 6. Quod Deus conjunxit, homo non separet, non de nudis sponsalibus, sed de consummato matrimonij propriè est accipiendum, ut patet ex circumstantijs textus: Quærebatur enim non de Sponsæ repudio, sed de uxoris divortio, quod ex quavis causa licitum

citum



citum esse Christus negat, argumento eo, quod  
 vir & uxor sint una caro. Quod si absolutè &  
 simpliciter statuere velimus, Sponsam esse uxo-  
 rem: Consequens erit, nullum esse amplius discri-  
 men inter sponsalia & matrimonium, benedi-  
 ctione sacerdotali, traditione Sponsæ in potesta-  
 tem mariti, & ductione in domum, ratificatum  
 & consummatum, id quod intentioni sponsalia  
 contrahentium fortissimè aduersatur & supra fa-  
 tis superque est evictum. Ex nuda ergo appel-  
 latione, qua Sponsa dicitur uxor, non potest nec  
 debet inferri, verum & ratum matrimonium in  
 sponsalibus perfici: alias pari ratione aliquis argue-  
 re posset: Maria postquam à Josepho ducta & ac-  
 cepta esset, vocatur Sponsa Luc. cap. 2. v. 5. Er-  
 go sponsalia inter eos tantum fuere, non matri-  
 monium. Zipora Mosen vocat Sponsum, Exod.  
 4. 25. cùm jamdudum duos ex eo conjugio sus-  
 cepisset filios. Quale autem discrimen inter spon-  
 salia, & nuptias, sive matrimonium consumma-  
 tum sit, jam supra ex parte dictum fuit, illudq;  
 discrimen præcipuè ad sequentia capita revocatur:  
 quorum aliqua multa, etiam ad sponsalia de præ-  
 sen-



senti revocari queunt. Et nempe differunt sponsalia à nuptijs, (1) Appellationibus. Aliud enim est *μνησέυεσθαι*, aliud *γαμείν*:

Sponsalia à spondendo, hoc est promittendo dicta, conjugium à copulatione, uti unum jugum; aliud vero est promittere, aliud facere (2) Definitionibus; Sponsalia sunt mentio & re-promissio futurarum nuptiarum: Matrimonium est, maris & foeminae conjunctio, individuum vitæ societatem continens (3) Causâ efficiente proxima: Sponsalia causam efficientem habent consensum sponsalitiu, nuptiæ consensum nuptiale. Quod autem consensus sponsalitiu à nuptiali differat comprobatum fuit superius (4) Materiâ: Sponsalia contrahuntur inter impuberes & inter absentes; nuptiæ vero minimè. Materia conjugij sunt Sponsus & Sponsa; Materia sponsalium, mas & foemina. (5) Formâ. Sponsalia perficiuntur pactioe ac promissione de futuro conjugio; Nuptiæ vero præsentati traditione, cohabitatione, & ad individuum vitæ societatem conjunctione, sponsalia differunt à Matrimonio, sicut spes à re ipsa differt. Sponsalia enim sunt  
spes



spes nuptiarum l. si pactæ 6. ff. de sponsal. l. si u-  
 xore 13. §. Divi 3. ff. ad L. Jul. de adult. matrimo-  
 nium non est spes, sed significat ipsas nuptias: In  
 sponsalibus, futurum matrimonium promittitur,  
 in nuptijs sive conjugio verba ad rem conferun-  
 tur, ac promissio prius facta verbis, re & facto  
 ipso ratificatur (6) fine. Sponsaliorum finis est,  
 ut futuro tempore nuptiæ sequantur, exploratis  
 prius contrahentium animis. Nuptiarum finis  
 est, ut ad prolis generationem, mutuum adjuto-  
 rium & scortationis evitationem individuo nexu  
 contrahentes copulentur. (7) effectis. Uxor ma-  
 rito debet *ἔυνοϊαν* seu affectum & amorem con-  
 jugalem. Sponsa vero minimè; uxor ad indi-  
 viduam vitæ societatem obligatur: In Sponsâ id  
 locum non obtinet, uxor est in dominio ac po-  
 testate mariti; Sponsa vero minime, uxor possi-  
 detur à marito, Sponsa non possidetur, Uxori  
 incumbit rei familiaris administratio, Sponsæ ve-  
 ro minimè; Uxor mutat domicilium, Sponsa non  
 mutat, Uxor tenetur lugere defunctum maritum,  
 & si maritum non eluxit, infamiâ notatur, Spon-  
 sa non lugere cogitur Sponsum; Uxor cogitur se-  
 qui peregrinantem maritum, Sponsa non tene-

I

tur



tur. Sponsalibus publica honestas; nuptijs affinitas contrahitur &c. (8) Adjunctis. Sponsæ habitu & vestitu à nuptis distinguuntur. Sponsalia sub conditione contrahi possunt, nuptiæ vero minimè. In nuptijs certa ætas definita est Jure civili, antequam matrimonium non est legitimum & justum. In sponsalibus ætas contrahentium non est definita. Ideoque à primordio ætatis sponsalia effici possunt; Si modo id fieri ab utraque persona intelligatur, id est, si non sint minores quàm septem annis. In nuptijs vir necessario testationem interponit, quòd uxorem ducat liberorum procreandorum causa. In sponsalibus nihil interest, utrum testatio interponatur, an aliquis sine scriptura spondeat. De his & similibus inter sponsalia ac nuptijs differentiis capitibus latè & eruditè differit Cypræus d. tract. de connubior. Jur. part. 1. de spons. c. 5. per tot. & Dn. Johannes Gerhardus Tom. 7. de conjugio. Quodque denuo inter sponsalia publica de præsentis & matrimonij promissionem in facie Ecclesiæ quæ fit, differentia sit; saltem moribus Ecclesiarum reformatarum apparet ex eo, quia quæcunq; sponsalia præcesserint, Sponsa & Sponsus



fus interrogatur. Ob sie einander zu der heiligen Ehe nehmen wollen / Nicht / ob sie hievor einander zu Ehelichen Gemahlen genommen.

Nicht weniger ist in den rationibus decidendi allbereit erstritten worden / quòd sponsalia etiam de præsentì, ex levioribus causis dirimi queant, quàm quæ ad divortium & distractionem veri ac jam consummati matrimonij vönnöhten / quodq; facilius permittatur matrimonij rescissio vel dispensatio, quando res adhuc est integra, & corporum conjunctio nondum facta, quàm si matrimonium copulâ carnali sit consummatum, probat Dec. cons. 112. numer. 2. v. sed tamen prædictis & Menoch. cons. 86. uumer. 4. Et matrimonio nondum per carnalem copulam consummato permittitur dispensatio, quando inter personas magna est conditionis imparitas, vel subest futuri scandali timor. Menoch. d. cons. 386. numer. 4. & 7. Paris. cons. 68. numer. 131. & seqq. ut taceamus, quòd in præsentì casu, in instrumento dotali futura matrimonij solennitas reservatur, & eo ipso satis evincitur, matrimonium in Ecclesiæ facie secundum consuetudinem & morem in Germania receptum demum consu-



matum iri, & absque eo nondum esse contractum & omnibus numeris perfectum. Non item est matrimonium sine copulatione, quæ fit in Ecclesia ex Nov. Leon. 89. ubi ait, sacrae benedictionis testimonio matrimonia confirmari jubemus, adeo, ut si qui citra hanc matrimonium inneant, id ne ab initio quidem ita dici, neque illos in vitæ consuetudine illa matrimonij Jure potiri velimus. Similiter ab Evaristo Pontifice Maxim. (can. aliter 1. caus. 30. quæst. 5.) sancitum est, aliter legitimum non fieri conjugium, nisi uxor solenniter accipiatur, & à Sacerdote benedicatur. Etiam trinundinas nuptiarum promulgationes [uti eas Tertullianus lib. 2. ad uxor. indigitat & apud nos hodieque usitatae sunt] Innocentius quoque 3. in c. cum inhibito 4. in pr. de clandestin. desponsat. requirit ac præcipit, ut matrimonia priusquam contracta fuerint [quod probe notandum, ad intelligendam distinctionem inter sponsalia de præfenti, & verum matrimonij vinculum] in Ecclesijs per presbyteros publicè proponatur. Et Arelatense consilium [uti refert Gratianus in c. null. 2. caus. 30. quæst. 5.] omnibus injungit, quòd sine publicis nuptijs] quæ  
fa-



sacerdotali constant benedictione nemo nubere,  
 aut uxorem ducere præsumat. Concilio præte-  
 rea Carthaginensi 4. c. 13. constitutum est, ut Spon-  
 sus & Sponsa in templum ducerentur ad benedi-  
 ctionem sacerdotis recipiendam. Eas quoque  
 Bannorum proclamationes, tam Lateranense,  
 quam Tridentinum Concilium velut necessarias  
 adhiberi voluerunt. Quin & inter veteres Ca-  
 roli magni leges sanctio reperitur, hisce verbis  
 concepta: Dubium non est, eam mulierem non  
 pertinere ad matrimonium in qua dicetur nup-  
 tiale non fuisse Mysterium in capp. Carol. Magn.  
 lib. 6. cap. 80. Inde Tertullianus, antiquissimus  
 & non exiguæ authoritatis scriptor libr. 2. ad ux:  
 exclamat, unde sufficiam, inquit, ad enarrandam  
 felicitatem ejus matrimonij, quod Ecclesia con-  
 ciliat & obsignatum Angeli renunciant, pater  
 Deus ratum habet. Nam nec in terris filij sine  
 consensu patris rite nubunt, quod repetit idem  
 Tertullianus libro de Pudicitia. Ac in eundem  
 sensum etiam Ambrosius ait, cum ipsum conju-  
 gium sacerdotali benedictione [quod in Ecclesia  
 fit) sanctificari oporteat, quomodo potest conju-  
 gium dici, ubi non est fidei concordia? Et cum,



ut supra etiam mentio facta, omnium rerum à Deo immortalis ducenda sint exordia, id si unquam aliàs, certe in foedere hoc sanctissimo, observare convenit, ut ejus initium Deo consecratur, & precibus Ecclesiæ commendetur, cum ex hoc fonte, vitæ totius vel felicitas, vel calamitas profluat. Hancque sententiam [præter Constantinum Harmenopolum lib. 4. Tit. 4.] amplectitur Wilhelmus Zepperus in II. Mosaicarum forens. explanation. lib. 4. cap. 21. num. 7. Quodq; hodie nisi benedictio sacerdotalis cum sancta oblatione & precationibus accedat, forma essentialis matrimonij nondum adsit, attestatur, Rayger. in Thes. §. matrimonium n. 1. Et ita in part. Paris. aliquoties judicatum, ut à Serv. Conf. Regis Gall. in libr. rer. judicat. traditur. Ejusmodi itaque pactum conjugale vel matrimonium, quod nondum est in Ecclesiâ solenniter confirmatum, facilius dissolvi & rescindi potest, quam si coram facie Ecclesiæ confirmatum & corporum commixtione consummatum fuisset, etiamsi ex solo unius contrahentium dissensu sine causa rescindendum & retractandum non sit. Cothm. respons. 10. num. 159. & seq. & num. 212. cum seq. Est enim inter Sponsum & Spon-



Sponsam, consensu contracta obligatio, quæ non privata auctoritate, sed judicis sententia & decreto ob causas justas & legitimas dirimi & rescindi debet. C. porro 3. ext. de divort. & c. fraternitatis 6. ext. de frigid. & malef. Cothm. de respons. 10. num. 214. & seqq.

Letzlichen hindert nichts/daß in 3. dubitandi ratione außgeföhret worden: in dubio pro matrimonio respondendum esse, utq; illud valeat, ac minimè dirimatur.

Etenim ea Theoria ita limitatur, ut minimè locum habere possit, si ab alterutrâ parte defectus matrimonialis affectus [in quo forma connubiorû essentialis existit Novell. 18. cap. 11. Nov. 22. cap. 3. & Nov. 89. cap. 1. & Nov. 117. cap. 8.] deficiat: exindeque tristis eventus metuendus esset, quia coactæ nuptiæ, difficiles, sive malos fines & exitus habere consueverunt. Alex. Tartag. de imola, inter cons. matrimoniali cons. 21 in pr. Tom. 1. Et certè Judex, qui videt e re contrahentium esse, ne conjungantur; ita suum moderabitur imperium, ne coeant nuptiæ, & propensior ad dissolvenda sponsalia esse debet. Quæ sententia est Hostiensis, eumq; sequitur Panormitanus in cap. requisivit de sponsal. & Didacus Covarruv. part 1. cap. 4. Epitom. de sponsal. & matrim. Item Curtius Jun. cons. 170. n. 1. Ac malum quod est minus, ad evitandum majus malum, esse permittendum, &



& fatius esse matrimonium omittere, quam inter parentes, vel conjuges discordiam vel odium excitare, respondit Menoch. conf. 69. num. 50. & 52. sancivit. Nec enim minus peccatum est, jungere non jungendos, quam separare non separandos c. Juravit ext. de probat. Paris. conf. 15. num. 48. & conf. 58. num. 47. volum. 4. Cothm. d. resp. 86. num. 42. Quin imò si secus fecerimus, & impetu quodam animi, sine ratione, pro matrimonio pronunciaverimus, injuritiæ ministri erimus, & alteram partem injuriâ afficiemus c. ex tenor. ext. de for. comp. c. Nuper. ext. de donat. int. vir. Johan. Fichar. conf. 46. num. 19. vol 1. Cothm d. resp. cap. 4. num. 20. Non item est pro matrimonio præsumendū aut judicandum, si alteri per prononciationem fieret injuria d. c. ex ten. ext. de for. comp. Raf. conf. 3. n 7l. v. non obstat, quod caus. lib. 2. Alex. conf. 152. num. 1. vers. nam ut ibi dicunt. lib. 5. Cothm d. resp. 86 num. 92. Sane si rectè rem perpendimus: favor matrimonij nō in eo consistit, ut protinus pro matrimonio prononcietur, & inviti, reluctantes, & impares sæpe conjungantur, ubi alias legitimus consensus & contractus ipsius matrimonij negatur, vel clarè & sufficienter non probatur, aut causæ adsunt rescindendi. Nam ex tali violentâ conjunctione de vastatio potius matrimonij, ut ipsa docet experientia, quam conjugalis concordia & dilectio sequitur Fichard. conf. 36. num. 19. vol. 1.

Welchem allem nach/wir unanimiter auff der Meinung verharren/das die Jungfrau beklagtin von angemachter Klag gänzlich zu absolviren und zu entbinden seye.

§§(0)§§  
§\*§



—  
3,  
—  
S  
M  
e  
n.  
—  
—  
S  
t.  
D.  
ū  
ia  
t,  
t.  
i-  
a-  
oe  
D-  
h-  
h-  
i-  
i-









Her 3201

ULB Halle  
006 698 948

3




1012











69 E.22. num. 1/1. ~~XXI~~

# Ausführliche Wiederlegung derer Einwürffe/

Durch welche einige zubehaupten vermeinen / als ob die blosser Verlöbniß und von sich gegebenes Ja = Wort eine warhafftige und vollkommene Ehe constituire.

In einem rechtlichen decisiv Be-  
dencken hiebevorn im Jahr 1624. von Herren  
Decanis und andern Doctoribus der Theologischen  
und Juristischen Facultät auff der berühmten  
Universität zu Tübingen einmühtiglich  
außgefertiget.

6829  
Hr  
3201

7. 11. 05.

